



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Jacobi Sadoleti Card. Et Episcopi Carpentoractensis Viri
Disertissimi, Opera quæ exstant omnia**

Sadoleto, Jacopo

[Francofurti], 1607

Illvstrissimo Ac Reverendiss. D. Ascanio Colvmnæ S. R. E. Cardinali, &
regni Aragoniæ Pro regi Daniel Ranstivs Senatorius Antuerp. D. D.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69244](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69244)



ILLVSTRISSIMO
AC REVERENDISS.
D. ASCANIO COLUMNÆ S.
R. E. CARDINALI, & regni Aragoniæ
Pro regi DANIEL RANSTIVS
Senatorius Antuerp.
D. D.

MEMORIA teneo, Amplissime Cardinalis, duos insignes eloquentia Cardinales aureum illud Leonis X. Pont. Max. sæculum, (quo existere potissimum in Italia ac renasci littera, Barbarie dudum oppressa, in exterarumque gentes propagari ceperunt) extulisse: IAC. SA-DOLETVM, ac PET. BEMBVIVM; Venerum hunc, & Poëticæ atque Etruscæ linguæ in primis studiosum illum vero Mutinensem, quiq; Philosophiæ studio sacras etiam litteras, vt Præsulem d. cebar, adiunxit. Carpentoracti enim Episcopus omnes eo cogitationes vigilasque retulit, vt à fide religionisque maiorum aberrantes, ac depravatarum opinionum aestu abreptos, quoad eius fieri posset, salubri consilio in viam reuocaret, ad obedientiamque vni in terris Pastori, vno in ouili præstandam omni eloquentiæ vi hortaretur. Eius ego Scripta difficillimis hisce temporibus, quibus extincta penè Pietas est, & hæreses magis magisque pro dolor, inualescunt, eo consilio in manus capere, colligere, vnoque falce colligare cœpi, cum vt animi mœrorem temporum calamitate contractum identidem detergerem; tum vt salubres aberrantibus admonitiones inde haurirem. Hominis enim
piam

EPIST. DEDICATORIA.

plam Eloquentiam atque eloquentem Pietatem, cum à
 Ciceronis lectione discessero, iam inde à puero admirari,
 & admirando adamare animum induxi meum, sua-
 dente GASPARO CHARLÆO, Iureconsulto erudi-
 tissimo, propinquo meo, Ciceronianæ dictionis studio-
 tissimo; ut relictum eius nobis *Myrothecion Ciceronis*, gran-
 dius longe quam MARI NICOLII opus, testatur.
 Ut autem BEMBI opera pridem collecta circumferun-
 tur; sic & SADOLETI dispersa passim variisque in locis
 ac temporibus euulgata colligere placuit, ut Bibliothecis
 deberent. Eorum enim laudari video industriam qui
 vel auctoris eiusdem, bonæ sane notæ lectuque digni,
 omnia coniungunt; aut saltem argumenti eiusdem ple-
 taque, ut ad manum sint compingere consueverunt.
 Sed de SADOLETO nostro. vnum de sexcentis Elo-
 gium ad feram, cuius eius CAROLI SIGONII, bone
 DEVS viti quam disertus! Sic enim ad Ciceronis, qui in-
 tercidit, Hortensium de Philosophie laudatus. *Nostra*, inquit,
 acate IACOBY SADOLETYS Cardinalis, vir amplissi-
 mus, cum omnium litterarum cognitione clarissimus; cum argu-
 menti huius præstantiam animo cogitaret, dedit operam, ut
 quantum in se fuit, eo tractando Hortensii Ciceroniani deside-
 rium aequiore animo perferemus. Scripsit in libros duos, vnum
 in quo Philosophia studium accusavit; alterum in quo defendit.
 Quorum utrumque tanta cum ingenij ac iudicij laude, tanta de-
 mum verborum ac sententiarum copia est affectus, ut aciusne
 ab eo reprehensa, an ornatus laudata Philosophia sit, haud facile
 iudicare possit. Adiecit hic & ANT. FLOREBELLI
 disertas tres orationes, cum quia idem argumentum con-
 tinent; (ad concordiam enim fidei Germanos Britan-
 nosque imitant) tum quia patria utriusque communis Mu-
 tina studiorumque similitudo. Disertus enim uterque, &
 hic SADOLETO ab Epistolis VITAM eiusdem con-
 tenuit. Cogitanti vero mihi, cui nam potissimum offe-
 rendus labor iste hortante in primis AND. SCHOTTO,
 SOCIETATIS IESV Sacerdote, qui Te Salmanticae, ac
 post

EPIST. DEDICATORIA.

post Romæ in oculis tulisset; ex omni nobilitate, tuum
 in primis nomen occurrit, qui Romane & dicere & lo-
 quentes Romane admirati soleas. Tu enim Salmantica
 Juris Ciuilis studio incumbens in funere Annæ Aultria-
 cæ, Philippi Regis Hispaniarum coniugis, Paceaugustæ
 pie defunctæ, dum Rex in Lusitaniæ expeditione versa-
 tur, sic in A cademiæ torius conuentu perorasti, vt exinde
 omnium in te ora vultusque conuerteris. Post etiam Bar-
 cinone coram Rege ipso Latine disseruisti; & illustri viri
 M. ANTONII COLVMNÆ nauali prælio ad Echina-
 das insulas, exercitus Pontificij ductoris ac victoris filius
 dignus es habitus: mox etiam amisso in Tarracoenfi
 profectioe parente, in Purpuratorum Patrum Colle-
 gium merito es adlectus: deinde secunda Regis Catho-
 lici & incolarum voluntate Aragonici Regni Pro-rex ho-
 noris gratia renunciatus, eandem prouinciam feli-
 citer administras. Quod tibi bene felici-
 terque euenire DEVM vene-
 rans precor. Vale.



IAC.